

sententiam confirmavit ejusdem: ita videlicet, quod fructus de bonis ipsius a tempore litis contestatae percepti a praedicto P. & filii ejus post mortem Adiecta compuntur in ea: qui si sufficerint ad quartam, & fructus ejus, eo nomine alia deductio nulla fiat: alioquin juxta quantitatem fructuum perceptorum computationis ratio habebatur. Quia vero pater Adiecta ipsam in legitima b non potuit aggravare, legitimam ipsam, videlicet ejus partis, qua sibi debebatur ab intestato, deducendam censuit, & etiam tertiam retinendam, ita quod deductio fiat tantummodo de his rebus, de quibus secundum Tuscanæ c consuetudinem civitatis fieri consuevit. In eo autem quod prænominatus Judex condemnavit Raynerium nomine pupillorum, ad residui restitutionem Alterochæ, ac ejus filio faciendam, ipsius sententiam confirmavit. Nos igitur ejusdem Cardinalis sententiam ratam habentes, ipsam auctoritate Apostolica confirmamus.

[i Cum autem propter hoc partes ad nostram presentiam accessissent, dilect. fit. G. S. Maria in portico Diacon. Cardin. concessimus auditorem.]

C A P. XVII.

Episcopus compellit fideicommissarios, seu executores testamenti ad exequendas pias voluntates defunctorum, etiam si testator hoc interdixisset.

Gregorius IX. Nomon. Episc. d (an. 1235. in Galliam.)

Tua nobis fraternitas intimavit, quod nonnulli tam Religiosi, quam Clerici seculares, & Laici, pecuniam, & alia bona, quæ per manus eorum ex testamentis decedentium debent in usus pios expendi, non dubitant aliis usibus applicare. Cum igitur in omnibus piis voluntatibus sit per locorum Episcopos providendum, ut secundum defuncti voluntatem universa procedant, licet etiam a testatoribus id contingeret interdici: mandamus, quatenus executores testatorum hujusmodi, ut bona ipsa fideliter, & plenarie in usus prædictos expendant, monitione prævia compellas.

C A P. XVIII.

Filius rogatus restituere hereditatem detrahit tertiam jure naturæ, & quartam Trebellianicam: in quibus potest legata relinquere, heredes instituere, & paenam imponere.

Idem. (an. 1235. Rome.)

R Aynaldus e Peponis filius, heres ab ipso institutus, si hoc modo, ut patruis suis hereditatem restitueret, si absque filii masculi moreretur: cum eis (mortuo Pepon) super quibusdam bonis hereditatis ejusdem in tres arbitrios compromisit: quorum duo, mortuo reliquo (prout ex forma compromissi poterant) procedentes, taliter arbitrari fuerunt, quod neutra pars haberet licentiam transferendi quocunque modo in alium res prædictas, nisi in eorum filios masculos ex ipsis legitime descendentes: & quod contra hoc fieret, non valeret. Porro dictus R. problem non habens condidit testamentum, in quo medietatem partis suæ de rebus prædictis, quibusdam avunculus suis, aliam vero medietatem, & reliqua bona paterna unius patruis suis, & ejus filii legavit: adjiciens ut bona, in quibus ex testamento, vel ab intestato dicti heredes R. possent succedere, si venirent contra legatum dicti avunculus suis debitum, ad ipsos pro determinatis portionibus devenirent. Denique eodem R. naturæ debitum per solvente, ac uno ex patruis hereditatem adeunte prædictam, cum dicti avunculi adversus eundem patruum, ac filios ejus coram Judice f communitatis Urbenaten. g moverunt questionem, petendo pro rata, quæ ipsos contingit, legatum prædictum, & restitui eis, si contra ipsum

C A P. XIX.

Executor testamentarius, qui suscepit illud officium, exequi compellitur.

Idem. (an. 1235.)

J oannes Clericus, & P. Laicus, executores ultimæ voluntatis O. Clerici S. Crucis, qui venerabilibus, & piis locis de bonis suis in ultima voluntate legavit, mandans insuper satisfieri creditoribus per eosdem, post mandatum suscepit per diœcesanum b cogi debent testatoris explorare l ultimam voluntatem.

C A P. XX.

Ponit quedam legata, in quibus non solvitur canonica portio, nisi fiat in fraudem.

Idem. (an. 1233. Rome.)

D E his, quæ in ornamentis, vel pro eis m, seu fabrica, luminaribus n, anniversario, septimo, vigesimo, tricesimo.

a Sufficiunt. b legitimam. c Tuscanen. d Nomeniens. al. Novion. al. Novioniens. e Vid. Ferdinand. Vasq. l. 2. de success. creat. §. 20. Torailettum & Marian. Socinum in Rubr. D. de leg. r. f Communis, in antiqu. g Urbenaten. al. Urbenenian. al. Urbenaten. al. Urbevnsatino.

a Vid. l. etiam ubi datur ratio hujus dicti ff. de min. b Vid. l. in ratione. §. quod vulgo per Bart. ff. ad l. Falcid. & authen. de her. & sal. in prin. c al. quartam partem. d quod ne. e hoc. f prædictarum. g ejusdem. h Vid. l. ex facto. §. fin. ff. de vulg. & pupil. i In vulgaris male, cumq; inventarium, &c. x al. diœcesanum Episcopum. &c. l adimplere. m al. cereis, in vulgar. n seu anniversario.

trigesimo a die, five aliis, ad perpetuum cultum divinum legantur Ecclesiæ, vel reliquis piis locis, canonica portio, dummodo in fraudem non fiat, ut ea Episcopus, seu parochialis Ecclesia debeat defraudari, deduci non debet.

T I T U L U S XXVII.
DE SUCCESSIONIBUS AB
I N T E S T A T O.

C A P. I.

Clericus bona propria dare potest, cui vult: sed si decedat intestatus, & non habet consanguineos, succedit Ecclesia. h. d. juncta gl.

Ex Concilio apud Altenen. habit. b (in Marchia.)

S Ed hoc c ibidem inventum est de Episcopis, Presbyteris, & Clericis, ut d si hæreditatem, vel alio modo intuitu personæ aliquid acquisierint, donare eis liceat, cui voluerint, dum vivunt. Si autem ante obierint, quam hoc fecerint e, altari cui servient, omnia perpetuo sanctificantur, & in ius Ecclesiæ tradantur.

C A P. II.

Si olim servus, Presbyter factus, intestatus decedat, ejus bona dividuntur secundum formam hic contentam. h. d. secundum intellectum singularem, qui hodie etiam tenet.

Ex Concilio Tribur. f (in Germania.)

S Ancto g concilio allatum est, quod quidam Laici improbe agunt contra Presbyteros suos, ita ut de mortuorum Presbyterorum substantia partes sibi vendicent, sicut de propriis servis. Interdicimus itaque, ne hoc ulterius fiat, sed sicut liberi facti sunt ad suscipiendum gradum, & agendum officium divinum, ita nil ab eis præter divinum officium exigatur. Peculum vero ipsorum dividatur in quatuor partes, quarum una Episcopo, altera b Ecclesiæ, tertia pauperibus, quarta parentibus assignetur, & si non sint i idonei parentes, Episcopus eam recipiat, & in usum Ecclesiæ diligenter distribuat. Et si quis contra hoc præsumperit, anathematizetur.

C A P. III.

Attigendo duos notabiles, & singulares intellectus hujus capiti, summatur secundum quælibet intellectum. Et primo sic: Valer testamentum ad pias causas conditum per verba anunciariva, etiam propter aliud prolatu, quanquam successio, seu testatio veniat ad exclusionem alterius Ecclesiæ. Vel aliter secundum alium intellectum, & sic: Per unum testem de veritate, & per confessionem etiam incidenter factam probatur oblatio, etiam quoad effectum consequendi bona oblatia.

Innoc. III. x Murnen. Episcopo * (an. 1210.)

C Um dilectus l filius Abbas de Brusia pro causa, quam aduersus Episcopum Adven. habebat, dictius experiasset: Abbas proposuit antedictus, quod Archipresbyter de Alerio, ad participationem orationum monasterio de Brusia, obtulit se, & sua: [& inf. x] Sufficienter intellectum esse probatum, quod dictus Archipresbyter agens in extremis, velut ultimam exprimens voluntatem, asservavit se, & sua monasterio contulisse. Unde cum requisitus esset, ut conderet testamentum, respondit se non posse testari m, quia se, & sua contulerat monasterio supradicto:

& licet unus testis solus dixerit se vidisse, quando se, & sua obtulit monasterio: quia tamen alii testes dixerunt se audiisse ipsum in Abbatis præsentia, quod prædictum n est, confitentem, non tanquam sufficienter probantes, sed

a Hæc dictio, die, nusquam apparet. b Alitens. c Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. d Dicitio, ut, deest in omnibus manucriptis. e præficerint. f Triburienſi. g Burch. l. 2. Dec. c. 206. lvo p. 6. c. 281. & c. 2. eod. tit. in 1. compil. h altera vero. i sunt. x Nivernens. al. Lunens. l Cap. un. eod. tit. in 1. compil. m contestari. n dictum.

tanquam vehementer adminiculantes, assertionem Abbatis plurimum adjuvabant. Quia vero pars Episcopi afferbat se velle probare, quod dictus Archipresbyter in extremis laborans tanquam phreneticus alienatus erat a mente, unde non valuit, quod expressit: Nos causam illam b tibi sub hac forma duximus committendam, quod nisi præfatus Episcopus legitime probaverit, sepedictum Archipresbyterum suæ mentis compotem non fuisse, cum ultimam voluntatem expressit, super impetitione monasterii perpetuum ei silentium imponatur, & compellatur restituere monasterio, quæcumque de bonis ipsius Archipresbyteri, vel etiam monasterii occupavit. Si vero legitime probaverit Archipresbyterum, quæ super ultima voluntate præmissa sunt, alienata mente dixisse: ad faciendam ei nomine parochialis Ecclesiæ (cujus ipse c administrationem gefserat, dum vixisset) restitutionem bonorum, quæ ipsius Archipresbyteri fuerant, monasterium condemnetur, cum idem Archipresbyter ab intestato decesserit: ipsique monasterio super impetitione Episcopi silentium imponatur.

[i Quibusdam rebus suis usi suo simpliciter reservatis. De manu cuiusdam fratris ejusdem cœnobii augmentationem coronam in signum illius oblationis accepit, & quod banc concessionem hoc modo fecisset, & non suo nomine, sed monasterii possidebat, & monasterio quicquid acquirebat, acquirevet: sepe fuit in communi capitulo protestatus, & in hoc etiam publice per viginti annos fere idem Presbyter nullo contradicente, vel reclamante permanxit, ita quod per publicam famam id omnibus notum erat. Nam Abbas de Bruxia, qui pro tempore fuerat, & ipsi Monachi rebus illius non fecerat quam aliis rebus monasteriis propriis, scienti Episcopo Edunensi, qui pro tempore erat, & in nullo penitus reclamante, publice utebatur. Id autem, quod mente compos dictus Archipresbyter fecerat inter vivos, in ultima voluntate mente sanus, licet æger corpore, confirmavit. Cumque idem Abbas, & Monachi res scilicet legitime datas, & alias, quas ipsi Archipresbytero concederant ad utendum, ad suum monasterium reducere vellent, prædictus Episcopus eis violentem inferens, non solum res Archipresbyteri, sed etiam res ipsius monasterii occupavit: quas cum bona pace repeterent, ipso rebus illis, ut ei posset grassandi materia plenior indulgeri, sed Apostolic. appellavit, in octavas sancti Martini proximo præteriti sua terminum appellationi præfigens. Econtra prædictus nuncius Episcopi allegavit, quod antequam donatio illa facta fuit, Archipresbyter era positus extra mentem, ita quod cum interrogatus fuisse: an Monaci vis tu habitum suscepere? & respondidit, Volo: statim interrogatus ab alio, Vis tu esse asinus? respondit, volo similiter: sicutque prædicti Monachi eum ad suum monasterium deportarunt, quod idem nuncius se obtulit probaturum, quibus auditis, & cognitis.]

T I T U L U S XXVIII.
DE S E P U L T U R I S.

C A P. I.

Decedens intestatus sepelitur in sepulchro majorum, vel ubi eligitur sepulchra: parochialis ramen Ecclesia habebit canoniam portionem ejus, quod relinquit Ecclesiæ sepulchrum. h. d. secundum veriorem intellectum.

Leo III. (an. 810. Rome.)

N Os instituta e majorum Patrum considerates statuimus unumquemque in majorum suorum sepulcris jacere, ut Patriarcharum exitus docet f. Nulli tamen negamus propriam eligere sepulchrum, & etiam alienam. Dominus enim, & Magister alienam elegit, ut pro-

a Erat a mente. b ipsum. c Dicitio, ipse, deest ut plurimum in antiqu. d In uno Vaticano ita: De Sepulchris mortuorum. e Post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 43. c. 2. & Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. f qid, cap. 2. eod. tit. lib. 6. f Gen. 40. Esod. 14.

propriam. Sed quia dignus est a operarius mercede sua, tertiam partem sui judicii illi Ecclesia dari censemus, in qua coelesti pabulo refici consuevit, ut juxta Apostolum bunt consolationum socii, ut fuerunt passionum: & sic demum ubique libitum fuerit, eligat sepulturam. Aliter ne fiat, auctoritate Domini nostri, qui per Prophetam locutus est, dicens: Ne transgrediatis terminos antiquos, quos posuerunt patres tui: sub anathematis vinculo detestamur, & contradicimus.

C A P. II.

Qui convertitur ad monasterium, medietatem bonorum, quae pro anima sua disponit, teneretur relinquere Ecclesie parochiali.

Leo Papa omnibus fidelibus per Dardaniam constitutus. [an. 450.]

R Elatum est auribus nostris: [¶ infra. 1] Mandamus, ut quicunque amodo in monasterio converti voluerit, sive in morte, sive in vita omnium rerum, & possessionum, quas pro salute animæ sua decreverit disponere, medietatem a Ecclesiæ, ad quam dignoscitur pertinere, relinquat.

[1] *Esse quosdam perverse agentes, qui subvertere nituntur, atque dividere conantur Ecclesiæ unitatem, videlicet Abbates Monachos, qui non zelo charitatis, sed studio rapacitatis invigilant, atque seducere conantur seculares, quos illaqueare possint, ut res suas arque possessiones sive in morte, sive in vita monasteriis suis tradant, & Ecclesiæ, quibus subjecti esse videntur, & a quibus baptismum, paenitentiam, Eucharistiam, neonon pabulum vita cum lacte carnis acceperunt, vel accipiunt, nihil de bonis relinquent: hunc denique formitem discordia nos animadversando, modis omnibus inhibere volumus, & ne amplius fiat, omnino prohibemus, considerantes, non esse bonum, si illi, qui fuerunt socii passionis secundum Apololum, sint immunes societate consolacionum: & quia dignus est mercenarius mercede sua, ideo precipimus, atque.]*

C A P. III.

Ubi quis sepulchro majorum reliquo, eligit sepulchrum in loco minus religioso, dolo inductus, seu ex contemptu, seu non diffissus Ecclesiæ sue canonica portione expresse, vel tacite, non tener electio. h. d. salvando istum textum, quantum fieri potest.

Innocentius III. e Genuensi Archiepiscopo. f. [an. 1210.]

Fraternitatem tuam non credimus ignorare, mortuorum sepulchra, & coemeteria apud illas Ecclesias, & monasteria ex antiquo esse disposita, in quibus religiosorum fratrum Conventus sunt constituti, & orationes atque Miseraria solempnia, tam pro vivis, quam pro defunctis frequentius celebrantur. Unde ipsorum devotione, & extrema voluntati, qui apud hujusmodi Ecclesias sepeliri desiderant, minime contradicendum est. Qui vero reliktis antiquis Ecclesiæ, & patrum, aliorumque parentum suorum sepulchris, contra consuetudinem Patrum Veteris Testamenti, qui cum patribus suis sepulti esse leguntur, ad nova & minus religiosa loca se transferunt, irrationabiliter, & contra antiquam institutionem facere videntur. Unde si P. de Castello contra antiquam, & rationabilem consuetudinem aliquid de corpore suo sepeliendo mandavit, hoc non præjudicat ratione, sed viribus debet carere. Quocirca mandamus, quatenus corpus ipsius Monachis sancti Stephani reddi facias, & cum suis patribus sepeliri.

C A P. IV.

Si quis in ægritudine, de qua decedit, offert se, & sus monasterio, Ecclesia parochialis habet inde canonicanam portionem: secus, si in sanitate.

a Luc. 10. b 1. Theſſal. 5. 2. Corinth. 1. c Proverb. 22. d 13. quæſt. 2. c. 7. e imo secundus, ait Conius. f. al. Januensis. sed jam alibi monui, olim Geauam, Januam vocatam, g cap. 5. comp. h In antiqu. ita: de cetero similia non præsumant. h cap. 7. eod. tit. in 1. compil. Vid. Concilium Matriconense secundum, cap. 17. Adde quod de hac materia sancitum, & post Decr. c. 2. De sepult. lib. 6. h Gen. 50. & 3. Reg. 13. & sibi ſepe.

Alexander III. Episcopo Spalen. (an. 1180.)

DE his a, qui in infirmitate, vel sanitate cum bonis suis ad religiosa loca se transferunt, nihil tibi, vel Ecclesiæ, a quibus repercut salutis pabula, relinquentes: hoc tuæ volumus prudentia innotescere, quod si in ægritudine ipsa ad religionem transeat, dummodo de ægritudine illa decendant, de bonis suis ipsiæ Ecclesiæ, a quibus assumpti fuerint, canonica debet portio exhiberi. Si vero ad religiosa loca se in sanitate transtulerint, de his, quæ locis ipsiæ conferunt, cogi non possunt, aliquid præscriptis Ecclesiæ impetriri, quia liberum est eis tunc bona sua non solum religiosis, sed etiam quibuslibet privatis conferre personis.

C A P. V.

Qui sepelunt parochianum alienum, quem sepelire non debent, coguntur restituere corpus, & quæ ratione ipsius obtinuerunt. hoc dicit, cum cap. sequenti.

Idem. [an. eod.]

EX parte b Canonicorum Obrig. c nobis est intimatum, quod Prior de Insula quendam parochianum suum post appellationem ad nos factam in sua Ecclesia sepelivit: (¶ infra. 1) Mandamus, quatenus præfatum Priorem compellas, ut memoratis Canonicis prædicti Parochiani corpus restituat, & exinde a amicabiliter conveniat cum eisdem.

(Unde quoniam hoc Ecclesiastica institutioni contrarium est, & a rationis tramite penitus alienum, ut quis faltem mitteret in messem alienam, f. t.)

C A P. VI.

Summatum est sup. cap. prox.

Idem Decano, & Magistro R. e Ravennaten.

[an. 1180. Roma in Flaminiam.]

CUm liberum sit: [¶ infra. 1] Ad audientiam nostram pervenit ex conquestione Abbatis, & fratribus sancti Martini Laudonens. quod cum Presbyter quidam corpus cuiusdam mulieris (prout in ultima voluntate dispositus) ad eandem Ecclesiam sepeliendum deferret, Monachi S. Vincentii Laudonens. corpus ipsius violenter rapere, & in Ecclesia sua sepelire minime dubitarunt: [¶ infra. 2] Mandamus, quatenus si ita esse inveneritis, præfatos Monachos compellatis, ut osa præfata mulieris, & beneficia, quæ occasione sepulturæ ipsius receperisse noscuntur, memoratis fratribus cum integritate restituant, & de cetero g talia facere non præsumant.

[1] *De universis institutionibus sanctorum Patrum apud religiosa loca in ultima voluntate sibi eligere sepulturam, canonice proculdubio obviat rationi, qui devotioni, & extreme voluntati decedentium in hac parte contradicere præsumit.* [2] *Et hoc idem de filio R. Canis presumpserunt. Super quo utique vehementer sumus admiratione commoti, cum iisdem Monachi & sanctorum Patrum institutionibus contraire, & privilegia prædet. nostrorum, & nostra, quæ prædicti fratres de libera se habere sepultura proponunt, satagunt violare. Inde est, quod f. v.)*

C A P. VII.

Mulier nupta libere potest sibi eligere sepulturam.

Lucius III. [an. 1181. Rome.]

DUXORE vero b, utrum quemadmodum vir, liberam debet habere sepulturam: Nobis videtur, quod nulla super hoc inter virum, & mulierem i sit facienda distinctione, sed utrique in casu isto æqualem esse credimus facultatem, cum electio ita ad eum potius statum pertineat, in quo mulier solvit a lege viri. k

Pater

a Post Conc. Later. sub Alex. III. p. 49. c. 6. & cap. 6. eod. tit. in 1. compil. b cap. 1. eod. t. in 2. comp. c Oburgen. al. Obligen. d. al. aut exinde. e Remen. f cap. 2. eod tit. in 2. comp. g In antiqu. ita: de cetero similia non præsumant. h cap. 7. eod. tit. in 1. compil. & post. Conc. Lat. sub Alex. III. c. 6. i uxorem. k Vid. l. in tempus. ff. de hered. instit. , & l. quod sponsa, cum, not. g. de donat. ante nupt.

Pater filios impuberes, ubi voluerit, potest sepeliri facere, si hoc habet consuetudo loci. h. d.

Utrum autem pater, quo magis voluerit, minores filios valeat sepelire, non invenimus a sanctis Patribus diffinitum: & propterea terræ consuetudini decernimus relinquendum.

C A P. VIII.

Si Parochianus Ecclesiæ cathedralis alibi sepelitur, de ipsius funeralibus, seu reliktis Ecclesiæ sepulturæ, debetur quarta Capitulo Ecclesiæ cathedralis

Idem Propositio, & Capitulo Faventin. (an. 1181.)

Cum super quodam a Capitulo: [¶ infra.] Præsentium aust. statuimus, ut si aliquem paroecianorum vestrorum alibi contigerit eligere sepulturam, de testamento ipsius quarta vobis portio relinquatur.

C A P. IX.

In quantitate canonice, que debetur Ecclesiæ paroeciali, statut loci consuetudini.

Clemens III. [an. 1190.]

Certificari voluisti b a nobis, quomodo illa clausula, quæ in privilegiis solet apponi, salva justitia illarum Ecclesiæ, a quibus mortuorum corpora assumuntur, intelligi debeat, & exponi. Cum autem super hoc articulo diversa antecessorum nostrorum manaverint instituta, Leonine justitiam illam quandoque tertiam partem, quandoque medium, & Urbano quartam fore censemibus: nos tale præbemus in hac varietate responsum, ut sicut beatus Hieronymus c inquit, unaquæque provincia in suo sensu abundant, & secundum rationabilem consuetudinem regionis illa justitia circa medietatem, vel tertiam, aut quartam partem pro locorum diversitatibus attendatur.

C A P. X.

Privilegiisti super iure funerandi sepelire possunt illos, qui apud eos eligunt sepulturam, solvendo tamen canonican portionem Ecclesiæ paroeciali. Si vero alios sepelunt, tenentur restituere, quicquid occasione funeris receperunt.

Innoc. III. Episc. Claremont. & Abb. Maurien. [an. 1190.]

IN nostra præsentia e constitutis Priore Ecclesiæ Montis Ferrandi, & procuratore Hospitaliorum Claremonten. diocesis, idem Prior proposuit, quod prædicti Hospitalarii quosdam paroecianos suos, quorum duo erant intra annos legitimos, receperunt ad Ecclesiastica sepulturam. Contra prædictus proposuit procurator, quod tam ex privilegio, quam ex indulgentia speciali, licet Hospitalarii omnes passim præter excommunicatos, & interdictos, ad Ecclesiastica sepulturam recipere, qui apud illos elegerint sepeliri, siveque commissa in ultima voluntate reliqua possunt licenter accipere, soluta tantummodo quarta paroeciali Ecclesiæ, de cuius paroecia mortuorum corpora assumuntur, præterquam de equis, & armis, quæ indulta sunt ipsi in subfundis terræ sanctæ, de quibus quartam deducere non tenentur: [¶ infra. 1] Talem super his duximus sententiam proferendam, quod prædicti Hospitalarii de cetero non recipiant paroecianos Ecclesiæ g supradictæ ad Ecclesiastica sepulturam, nisi apud eos b elegerint sepeliri: & tunc paroecialis Ecclesiæ de oblationibus, lectis, & aliis, quæ defunctus pro anima sua in ultima dispositione reliquit, præterquam de equis, & armis recipiat quartam partem, & Hospitalarii residuum habeant, nisi dolo, vel fraude eorum defunctus fuerit ad dispositiōem hujusmodi faciendam. Nihilominus ipsis Hospitalariis injungentes, ut de quarta trium millium solidorum Priori satisfaciant memorato, cum constet eos a paroecianis ejus illos solidos receperisse: nisi sit sufficenter ostensum, quod

C A P. XIII.

Terra cœmeteriata pro sepultura fodenda vendi non debet. Innocentius III. Episcopo Magalon. [an. 1208.] Roma in Gothiam Galliæ.]

A Bolenda consuetudinis perversitas apud Montem Pef. fulanum (ut dicitur) inolevit, ut decedentibus non prius permittatur effodi sepultura, quam pro terra, in qua sepeliendi sunt, certum pretium Ecclesiæ persolvatur. [¶ infra. 1] Mandamus, quatenus eum loci dioecesanus existas, inhibeas Clericis, ne quicquam omnino præsumant exigere hac de causa.

C A P. XIV.

Excommunicatus, qui per suum Presbyterum fuit absolutus in morte, in cœmeterio sepeliri debet, & ad satisfaciendum coguntur hæredes.

Gregorius IX. Episcopo N. [an. 1236.] E c 3

Paro-

a VV. b reperient. c Vid. l. 1. cum not. C. de inst. , & substit. & l. quæ sub condidione . S. quiores cum ver. seq. ff. de cond. inst. d C. 2. ex eod. tit. in 3. comp. e Dic̄io, Butardi, deest in omib. antiqu. exempl. f Vitroensi Episcopo. g c. 3. eod. tit. in 3. compil. h Vid. l. 2. ff. de cadav. punis. per Bart. i al. Laicorum. k Hæc verba sunt B. Aug. lib. de cura pro mort. agend. c. 2. l pretiosa.

Parochiano tuo, qui excommunicatus pro manifestis excessibus, videlicet homicidio, incendio, violenta manum injectione in personas Ecclesiasticas, Ecclesiarum violatione, vel incestu, fuit, dum ageret in extremis ^a, per Presbyterum suum juxta formam Ecclesie absolutus, non debent coemeterium, & alia Ecclesie suffragia denerari. Sed ejus haereses, & propinquui, ad quos bona pervenerunt ipsius, ut pro eodem satisfaciant, censura sunt Ecclesiastica compellendi.

TITULUS XXIX. DE PAROCHIIS, ET ALIENIS PAROCHIANIS.

CAP. I.

Inter Episcopum substitutum Episcopo heretico, & ipsum Episcopum hereticum reversum, & ex dispensatione receptionem, dividitur Episcopatus, modo hic expresso.

Ex Concilio Africano. b (an. 402.)

Si Episcopus c ex Donatistis ad catholicam unitatem est conversus, aequaliter inter se dividant eas, que sic inventa fuerint, ubi ambæ partes fuerint: id est, ut alia loca ad illum, alia ad alium pertineant, ita ut ille dividat, qui amplius temporis in Episcopatu habet, & minor eligit. Quod si forte unus fuerit locus, ad eum pertineat, quem plebs elegerit. Sed si aliqui catholici suum volunt, & illi suum, qui ex Donatistis conversi sunt, plurimorum voluntas paucioribus preferatur d. Si autem partes aequales sunt, majoris temporis Episcopo deputetur e. Si autem ita plurima loca inveniuntur, in quibus ambæ partes fuerint f, ut non possint aequaliter dividi, velut si in impari numero fuerint, distributis locis, qui parem habent numerum, quicunque locus remanserit, hoc in eo servetur, quod dictum est, cum de uno loco superius tractaretur.

CAP. II.

Presbyteri parochiales Dominicis diebus, & festis parochianos alienos ad Missam admittere non debent, si ex contemptu ad eorum Ecclesiam accedunt.

Ex Concilio Naneten. g (in Gallia.)

Unt Dominicis, vel b festis diebus Presbyteri, antequam celebrent, plebem interrogant, si alterius parochianus in Ecclesia sit, qui proprio contemptu Presbytero ibi velit Missam audire: quem si invenerint, statim ab Ecclesia abiciant.

CAP. III.

Episcopus parochianum alterius sine ipsis licentia ordinare non potest, nec eum aliter judicare.

Hadrianus Papa. i (an. 780. Rome.)

Nullus Episcopus alterius parochianum judicare præsumat: [c infra.] Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare potest.

CAP. IV.

Fines parochiarum, de quibus constat, vel finibus cohaerentia, præscribi non possunt.

Urbanus III. (an. 1186. Rome.)

Super eo vero k, quod apud vos intelleximus dubitatum, an quod de finibus, & l his, quæ finibus cohaerent, non præscribendis, statutum per canones esse digno-

a Quis dicatur constitutus in extremis, vid. in leg. 3. cum l. seq. ff. de don. caus. mort. Bart. in l. 1. C. de sacro san. Eccl. b c. 85. in Conc. Later. c Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. d Vid. l. & suum hæredem. §. fin. cum l. sequent. ff. de pæctis. e deputentur. f fuerunt. g Naneten. al. Naveren. sed legendum Naneten.

l. estque hoc decretum ibi c. 1. non. c. 429. ut referat Burch. l. 2. decr. c. 2. nec cap. 19. ut referat Ivo p. 2. c. 122. h Cap. 2. eod. tit. in 1. compil. i Bur. l. 2. decr. c. 39. Ivo p. 6. c. 140. & c. 3. eod. tit. in 1. compil. k post Conc. Later. sub Alex. III. c. ult. & c. 5. eod. tit. in 1. compil. l. vel.

sicut, sit in praeciarum limitibus a, sicut in provincialibus, admittendum: Respondemus, quod bene videtur in utroque servandum, si fines legitima probatione, vel alias indubitate fide constitutis Ecclesiastica ordinatione statutos.

CAP. V.

Si parochianus, seu diœcesanus domicilium transfert, primus Prelatus in eo iura Episcopalia, seu diœcesana sibi non vendicat: decimæ tamen prædicas illius parochie sibi debentur, nisi alteri debeantur ex consuetudine.

Celestinus b III. (an. 1195.)

Significavit c nobis Aconen. d Episcopus, quod cum post recuperationem Aconen. civitatis, ad habitandum in ea se quamplurimi contulissent, qui ante generalē occupationem terræ sanctæ in aliis civitatibus regni Hierosolymitanæ elegerant mansiōne: [c infra. i] Fraternitati tuæ e mandamus quatenus prædictorum locorum Prælatos, ut sibi nullam in prædictis Acon. habitatores jurisdictionem usurpent, nec ab eis temporalia exigant, quibus spirituallia non ministrant, distinctione, qua convenient, compellatis: ita quod si de agri in eorum parochia constitutis fructus percipiunt, & in ultramarinis partibus ratione prædiorum decimæ persolvuntur, deinceps eis ipsas cum integritate persolvant: dicto vero Aconen. tanquam diœcesano suo cogantur de ceteris respondere.

[i] Et in ea residentiam fecerunt aliquantum, & adhuc etiam resident in eadem, Prælati predicatorum civitatum eos ad solvenda sibi iura Ecclesiastica compellunt. Quia vero transgredi terminos a patribus constitutos, aut solcem mittere in messem alienam non oportet.

TITULUS XXX. DE DECIMIS, & PRIMITIIS, ET OBULATIONIBUS.

CAP. I.

Exprimit quatuor genera decimarum, que ex veteri lege dabantur.

Hieronymus super Ezechielem. g (an. 390. in Judeam.)

Decimam partem omnium frugum Levitica Tribui populus ex lege debebat. Rursus ex ipsis decimis Levitæ, hoc est, inferiorum ministeriorum gradus, Decimas dabant Sacerdotibus. Erant quoque & b aliae decimæ, quas unusquisque de populo Israel in suis horreis separabat, ut comedetur eas, cum iret in templum in urbe Hierusalem, & in vestibulo templi Sacerdotes, & Levitas ad convivium invitaret. Erant autem & aliae, quas pauperibus recondebant. At vero primitæ, quas de frugibus offerebant, non erant speciali nomine definitæ, sed offerentium arbitrio derelictæ. Traditionem quoque accepimus Hebræorum, non lege præceptam, sed arbitrio magistrorum inolitam, quod qui plurimum, quadragesimam partem dabant Sacerdotibus: qui minimum, sexagesimam: inter quadragesimam, & sexagesimam licebat, quodcumque voluissent, offerre. Quod igitur in Pentateuco dubium derelictum est, hic i specialiter definitur proper Sacerdotum avaritiam, ne amplius a populo exigant in primitiis offerendis.

CAP. II.

Non potest congrue summaris, propter varietatem lecturarum.

Paschalis II. (an. 1110.)

Novum x genus exactiōnis est, ut Clerici a Clericis decimas exigant, cum nusquam in lege Domini hoc lega-

a Liminibus. b Clemens. c Cap. un. eod. tit. in 2. compil. d Ancon. e al. vestra. f De materia hujus tituli vid. Thom. 2. q. 86. & 87. g Cap. 45. & c. 1. eod. tit. in 2. compil. h Hæc dictio, & deest. i al. hoc. k Post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 13. c. 16. & c. 17. eod. tit. in 1. compil.

legamus: non enim Levite a Levitis decimas accepisse leguntur. Illi profecto _____, qui a Clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt, decimas eis debent.

CAP. III.

Compositio super decimis non tollitur per privilegium sequens, si de illa mentionem non facit.

Hadrianus Vigoren. & Herforde. Episcopis.

(an. 1156.)

Ex multiplice a conquestione V. Presbyteri accepimus, quod cum inter Abbatem de Brudeja, de consenuſ totius Conventus, & prædictum Presbyter talis intercesserit & conventio, scripto Monachorum authenticō roborata, quod Monachi dicto Presbytero, & Ecclesiæ sua de blado, & universis leguminibus, quamdiu viveret, decimas persolverent, exceptis minutis decimis, quas idem Presbyter quieras clavavit: idem Abbas a nobis privilegium obtinuit, ut de laboribus, quos propriis manibus, aut sumptibus excolunt, nulli decimas solvere tenerentur: [c infra. i] Unde quia non fuit nostræ intentionis per privilegium nostrum conventioni derogare prædicta: mandamus, quatenus Abbatem, & Monachos, ut eandem conventionem (non obstante dicto privilegio, nisi de ipsa continetur in eo) inviolabiliter tenant, & observent, vel exinde secum pacifice convenient, appell. proprie compellatis.

[i] Qui squider reversas ad propria tantam apud H. Regem illustrem Anglia gratiam, & favorem invenit, quod totam terram Res ipsius villa, in qua Ecclesia præfati Presbyteri sita est, monasterio ipsius in perpetuam elemosynam contulit: quo facto præd. Abbas universis colonis illius villa expulsi, totam terram prædictæ parochia excolens propriis sumptibus, Ecclesiæ debitos reditus subtrahit.]

CAP. IV.

Monachi tenentur solvere decimas prædiale de prædiis noviter cultis, de quibus decimæ prius solvabantur.

Idem Thoma Cantuarien. c Archiepiscopo. (an. 1157.)

Conmisiū est nobis: [c infra. i] Pervenit d ad nos, in quo Monachi de Bosse Ecclesiæ sanctæ Mariæ, in cuius parochia commorantur, decimas ex integro non persolvunt. Eapropter mandamus, quatenus eos, ut decimas de terris cultis, in quibus olim domus constructæ fuerant, præfata Ecclesiæ cum ea integratè persolvant, qua prius quam in eadem parochia morarentur, solebant persolvi, compellas. Et sicut etiam de pascuis olim decimæ persolvantur, ita nunc de eisdem ad frugum fertilitatem translatis, decimas volumus absque diminutione persolvi.

[i] A Deo dispensationis officium admoneret, & exhortatur multipliciter, ut universis Christi fidelibus, & Ecclesiæ debeamus utiliter providere, atque integra iura sua nos oportet, atque illibata conservare.

CAP. V.

Per excommunicationem compellitur quis ad solvendas decimas de molendinibus, & aliis hic contentis, & cap. seq. h. d. cum seq.

Alexander III. Cantuarien. Archiep. & ejus

Suffraganeis. (an. 1170.)

PErvenit e ad nos: [c infra. i] Mandamus, quatenus parochianos vestros monere curetis, & si opus fuerit, sub excommunicationis distictione compellere, ut de possessionibus molendinibus f, piscatarum, foeno, & lana, decimas Ecclesiæ, quibus debentur, cum integratè persolvantur.

a C. 17. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 13. c. 11. b intervenerit. c Hunc existimo esse B. Thom. Cantuar. Arch. qui circa ann. Christi 1171. pro libertate Ecclesiæ afferenda martyrio traditur sub Alex. III. d. C. 3. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 13. c. 12. e Cap. 2. eod. tit. in 1. compil. f. vid. l. si manifeste. g. de cœro. & aqua. per Bart. & l. 1. ff. de aqua plu. arcen. III. p. 13. c. 4.

[i] Quod cum parochiani vestri decimas bonorum suorum consueverint Ecclesiæ, quibus debentur, cum integratè persolvantur, nunquam laudabilis consuetudine prætermissa, quidam ex eis de lana, & de foeno, & de proventibus molendinorum, & piscatarum ipsi Ecclesiæ subtrahere non verentur. Quoniam igitur institutionis divina manifestus obviant, qui decimas ipsas Ecclesiæ non persolvunt: f. v. per Ap. f. p.]

CAP. VI.

Summatum est cum præcedenti, & declaratur, ut in præcedenti dictum est.

Idem Vintonien. a Episcopo. (an. 1170.)

Nuncios b: [c infra. i] Mandamus, quatenus parochianos tuos de apibus, & de omni fructu decimas persolvere Ecclesiastica distictione compellas.

[i] Et iheras tua f. eo qua decuit benignitate receperimus, & petitiones tuas, quod licuit, curavimus exaudire, sicut illicius persona, quam pura in Domino, & fervens charitate diligenter. Cum igitur ad officium tuum spectent ea, in quibus nostri precepi desideres nostra auct. muniri, tanto in his debuisti facilis exaudiri, quanto ipsam eorum specialius salutem respicunt, de quibus in extremo iudicio redditurus es rationem. Inde est, quod f. r. per Apost. sed. præ.]

CAP. VII.

Decimas fructuum statim cum collecti sunt, solvi debet, non deductis expensis.

Idem Exoniensis. Episcopo. (an. 1170.)

Cum homines c de Hortona de frugibus (IX. partibus sibi retentis) decimam Ecclesiæ, cuius parochianii sunt, sine diminutione solvere teneantur: & antequam id faciant, servientibus, & mercenariis suis de frugibus non decimatis debita totius anni pro servitio suo impendant, tunc demum de residuo decimam persolvant: Mandamus, quatenus eos cogatis, ut decimam statim d fructibus collectis persolvant, atque de subtrahitis, & retentis dignam satisfactionem exhibeas procurent.

CAP. VIII.

Privilegiati super decimis non solvendis, de iis prædiis, que ab aliis concurant, decimam solvere teneantur.

Idem Monachis de Neulon. e (an. 1180. Romæ.)

Dilecti f filii Abbas, & fratres sanctæ Crucis sua nobis & in magna parte sustentationem confuerunt habere, a plenaria Laicis conduxisti, & receperisti ad firmam. Unde quoniam iidem fratres ex hoc gravantur enormiter, nec fuit intentionis nostræ, aut antecessorum nostrorum, ut de possessionibus, quas conduxisti g, decimas non solvatis: mandamus, quatenus de prædiis, & mercenariis suis, atque integratè persolvantur, ita nunc de eisdem ad frugum fertilitatem translatis, decimas volumus absque diminutione persolvi.

CAP. IX.

Revocatur privilegium, si ex post facto incipit enormiter nocivum esse.

Idem Abbatii, & fratribus Dolon. i (an. 1180.)

Suggestum x est ex parte vestra, quod Abbas, & fratres monasterii de Urbin. decimas a vobis auferre contantur. Dicit. v. mandamus, quatenus cum prædicto Abbas, & fratribus super ipsius decimis componatis: nam quando Rom. Ecclesia ordini vestro privilegia de decimis dederat, ita erant rare Abbatia vestri ordinis, quod exinde nulli poterat de jure scandalum suboriri: sed nunc in tantum augmentatae sunt, ac possessionibus

a Vitoriens. ac. Vintonien. b C. 18. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 13. c. 4. d. de fructibus. e Nembio. al. Norvolo. Newelo. al. Nevoleia. f C. 6. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 13. c. 12. g. conductis. h que a laicis. i Dolen. & C. 9. eod. tit. in 1. compil. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 13. c. 4.